

CAPUT VII.

DE SALIBUS ALKALIIS.

SAL TARTARI.

R. Tartari albi crudi triti, . . . quantum volueris, Corniculis papyraceis madentibus include; fiat stratum, super stratum cum carbonibus intra furnum, in igne aperto calcina ad albedinem, ex calcinata massa, fiat lixivium, filtra, & ad siccitatem evapora.

Sal hoc valde Alkalinum est, & ideò in aperiendis, seu referendis Mineralibus, Vegetabilibus, & Animalibus Corporibus ad elaborandas eorum Tincturas, sive Essentias magno in usu est: humores viscidos, crassosque attenuat, & dissolvit.

Dosis à semis scrupulo ad semidrachmam.

OLEUM PER DELIQUIUM TARTARI.

R. Salis Tartari, . . . quantum libuerit. Pone in vase vitreo plano, & in humido loco in liquorem faciesit, quem filtra, ac usui serva.

Eisdem inservit usibus, ac precedens.

NITRUM CUM CARBONIBUS FIXATUM.

R. Nitri puri, . . . libram unam & semis. Lique scat in crucibulo capaci, tum carbonum pulveratorum cochlear unum adde, detonatione peracta, alterum cochlear projice: repete, donec Nitrum nec amplius fluat, nec detonet; Nitrum adhuc calens ex crucibulo exemptum, aqua calente solve, filtra, & ad siccitatem evapora; & Nitrum Fixatum obtinebis, quod si in

Pppij

humido loco imponatur, in liquorem liquefcit, qui *AL-
KÆST GLAUBERI* dicitur.

*A Sale tartari. ratione virtutum, & Dosis haud multum dif-
crepat.*

NITRUM EX TARTARO FIXUM.

R. Nitri puri, } ana quantum volueris.
Tartari crudi exsiccati, }

Misce, & in olla terrea non vitreata candefacta per
vices injice, ut detonentur, facta detonatione, massam
solve in

Aquæ communis, quantitate sufficienti.

Filtra per chartam, & ad siccitatem evapora, idque
in cella liquatum *HELMONTII ALKÆST* vocatur.

Eisdem usibus, ac præcedens inservit.

Nota: Si Nitri, & Tartari mistura in ollam fictilem
non vitreatam injiciatur, & candenti carboni applicetur,
illicò cum detonatione deflagratur, postea refrigerata mas-
sa, in aqua dissolvatur, solutio filtretur, & ad siccitatem
evaporetur.

CAPUT VIII.

DE SALIBUS NEUTRIS.

TARTARUS VITRIOLATUS.

R. Olei per deliquium tartari, seu
Salis Tartari, optimè depurati, quantum libuerit.
Affunde Spiritum, seu Oleum Vitrioli rectificatum, &
limpidum, ad saturationis punctum, effervescencia seda-
ta, mistura igne leni ad pelliculam evaporetur: mox in
frigido loco ad crystallisationem reponatur; crystallis se-